



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Ab Innocentio XI. Ad Innocentium XII.

Luxemburgi, MDCCXLI.

80. Quoniam experientia &c. Decretum super declaratione, & respectivè
suspensione Privilegiorum quorumcumque Privilegiatorum (vulgò
Patentati) Urbis ac Status Ecclesiastici.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74849](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74849)

1692.

De Iudice
secundæ in
stantia in
partibus
deputando
universali-
ter, non sin-
gulariter.

Eminentif-
simi Vica-
rii Urbis
facultates
reducendæ
ad termi-
nos Juris
communis

Approba-
tio Sanctif-
simi, & ex-
ecutio ex
nunc.

Publicatio
1692.

LXXIX.

Causæ non
excedentes

§. 7. Habentes autem facultatem eligendi in Partibus Iudicem secundarum Instantiarum teneantur illum ibidem per unicam, & universalem deputationem ad omnes Causas deputare; Et si controversia emergat, vel super reculatione, vel super modo procedendi coram dicto Iudice deputato, recurratur ad Signaturam Iustitiæ, quemadmodum in cæteris aliis Causis, & negotiis fieri solet.

§. 8. Postremò censuit Congregatio, omnia, & quæcumque Indulta, & facultates Cardinali Vicario Urbis, & Iustitiæ Tribunalis sub quibusvis formis, decretis, & clausulis, etiam derogatoriis derogatoriis, concessas per quoscumque Romanos Pontifices, & signanter per san. mem. Clementem X. in ejus Literis sub dat. pridie Idus Augusti 1671. reduci debere ad terminos Juris communis, Concilii Tridentini, & Reformationis san. mem. Pauli Quinti. Hac die 7. Septembris 1692.

Facta per me infra scriptum sub eadem die relatione supradictarum resolutionum Sanctissimo D. Nostro Sanctitatis Suae illas publicari, & interim omnino observari mandavit, ac si Bulla desuper edenda jam emanasset.

Anfaldus de Anfaldis SS. D. N. Auditor.

Sequuntur nomina Prælatorum, aliorumque, qui prædictæ Congregationi Particulari à Sanctissimo specialiter deputatæ intervenerunt.

Reverendiss. P. D. Prosper Bottinius Archiep. Myren. Fisci, & Cam. Apost. Advocatus, & Promotor Fidei.

Reverendiss. P. D. Jacobus Emerix Sac. Rotæ Decanus.

R. P. D. Matthæus Yfere de Heruault Sac. Rotæ Auditor.

R. P. D. Fredericus Caccia Sac. Rotæ Auditor.

R. P. D. Jo. Dominicus Thomatus A. C. Locumtenens.

R. P. D. Curtius Origus Signaturæ Iustitiæ Auditor.

R. P. D. Joseph Sacripantes Sanctiss. D. N. Subdatarius.

R. P. D. Ferdinandus Nuptius Rev. Cameræ Apostolicæ Commissarius Generalis.

R. P. D. Anfaldus de Anfaldis Auditor Sanctissimi.

D. Fattinellus de Fattinellis Primus Collateralis Curie Capitolii.

D. Jo. Dominicus Raynaldus Locumtenens Criminalis Eminentiss. D. Card. Vicarii.

Pro D. Successore D. Nicolai Florelli olim Ac. & S. P. A. Notarii Angelus Montanus pro Rev. Camera Administrator Deputat.

Die, mense, & anno, quibus supra, supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad Valvas Curie, & in Acie Campi Floræ, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis, per me Franciscum Antonium Simoncellum SS. D. Nostri Papa Cursorem.

Pro D. Mag. Curs. Thomas Orlandus Curs.

Decretum extensivum circa Causas recurribiles, & nonnullæ aliæ provisiones.

UT eodem tempore Litigantium, præcipue Pauperum dispendio, ac injustis tergiversationibus obviatur, Congregatio Particularis à SS. D. N. INNOCENTIO. XII. specialiter deputata infra scriptas edidit provisiones.

§. 1. Quod Causæ omnes quorumcumque Tribunalium Urbis non excedentes summam scutorum

quingenta in posterum non sint amplius appellabiles, neque indigeant Commissione sub Banca, vel ex Signatura Iustitiæ, sed tanquam merè recurribiles, absque confessione registri, aut solutione propinæ cognosci, & definiri debeant per Acta ejusdem Notarii, ac per suos Iudices deputandos in gradu recursus semel, aut pluries, prout casuum circumstantiæ suadebunt, & prout prius observabatur in Causis infra summam scutorum viginti-quinque: In Curia verò Capitolina idem servetur quoad Causas non excedentes summam scutorum viginti.

§. 2. Quod Citationes ad recipiendum fiant dumtaxat coram Iudice Mandati, & alibi factæ possint impunè sperni absque vitio attentatorum, eademque Citationes bis exequutæ, & non reproductæ possint, ut supra, imputè contemni.

§. 3. Rursus quod (excepta à præsentis ordinatione Curia A. C. quam Congregatio non intendit privare suis ordinariis consuetis facultatibus) respectu aliorum Tribunalium, terminus ad solvendum non suscipiatur, nisi coram Iudice Mandati, quodque idem terminus non possit excedere numerum decem dierum, declarando, seu innovando in hac parte disposita in Reformatione san. mem. Pauli V. sub tit. de Iudic. in Caus. Civil. §. 12. Idque sub poena falsi quoad Notarios contrarium facientes. Die 21. Septembris 1692.

Facta Sanctissimo D. Nostro relatione præmissarum resolutionum, Sanctitatis Suae eas approbavit, ac imprimi, & observari mandavit in omnibus Curis, & Tribunalibus.

A. de Anfaldis SS. D. N. Auditor.

Nomina autem Prælatorum, aliorumque qui præcitata Congregationi Particulari à Sanctissimo deputatæ interfuerunt, sunt hæc.

Reverendiss. P. D. Bottinius Archiepisc. Myren. Fisci, & Cameræ Apostolicæ Advocatus, ac Promotor Fidei.

Reverendiss. P. D. Emerix Sac. Rotæ Decanus.

R. P. D. Heruault Sacre Rotæ Auditor.

R. P. D. Caccia Sacre Rotæ Auditor.

R. P. D. Molines Sac. Rotæ Auditor.

R. P. D. Thomatus A. C. Locumtenens.

R. P. D. Origus Signaturæ Iustitiæ Auditor.

R. P. D. Sacripantes SS. D. N. Subdatarius.

R. P. D. Nuptius R. C. A. Commiss. Generalis.

R. P. D. Anfaldus Auditor Sanctissimi.

D. Fattinellus Primus Collateralis Curie Capitolii.

D. Raynaldus Locumtenens Criminalis Eminentiss. D. Card. Vicarii.

Pro D. Successore D. Nicolai Florelli olim A. C., & S. P. A. Notarii. Angelus Montanus pro Rev. Camera Administrator Deput.

Die, mense, & Anno, quibus supra, supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Curie, in Acie Campi Floræ, ac aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Decium de Camillis SS. D. N. PP. Curs.

M. Aurelius Pelliccia Mag. Curforum.

Decretum super declaratione, & respectivè suspensione Privilegiorum quorumcumque Privilegiatorum (vulgò PATENTATI) Urbis, ac Status Ecclesiastici.

Quoniam experientia compertum est, cursum rectæ, & expeditæ Iustitiæ, in qua Salus

scuta quin-
quaginta
non sunt
appellabi-
les.

In Capito-
torio non
exceden-
tes viginti

De Citatio-
nibus ad
recipien-
dum.

De termi-
no ad sol-
vendum
ubi susci-
piendum.

LXXX.

Privilegiū
fori Paten-

reipubli

tatorum
restringi-
tur ad Cau-
sas ratione
Officii.

Excipiun-
tur Officia-
les S. Offi-
cii.

Patentati
etiam te-
neantur ad
munera
Universi-
tatis, &
Communi-
tatis.

Excipiun-
tur Officia-
les S. Offi-
cii.

Reipublicæ consistit, magnoperè deturbari, vel ab excessivo numero Privilegiatorum, vel à minus vero intellectu Privilegiatorum eis concessorum, Hinc Congregatio Particularis à Sanctiss. Domino Nostro INNOCENTIO PP. XII. super abusu Reformatione (ut infra) deputata inhaerendo Decretis, ac resolutionibus aliis super hac materia factis tempore San. mem. Urbani VIII. ac Innocentii XI. censuit, ac declaravit, quodd Privilegium Fori quorumcumque Privilegiatorum, vulgò *PATENTATI*, tam in Urbe, quam in quibuscumque Provinciis, & Legationibus Status Ecclesiastici, etiam Bononiensis & Ferrariensis, etiam speciali, ac specialissima nota, vel expressa mentione dignorum (non comprehensis Officialibus, aliisque dependentibus à Sacra Congregatione Sanctissimæ Inquisitionis dumtaxat) suffragetur tantummodò in Causis, & negociis tam Civilibus, quam Criminalibus, & mixtis eorum officium, & ministerium quomodolibet concernentibus, vel ex causa, ratione, & occasione ejusdem officii, & ministerii quomodocumque dependentis, & non in aliis, itaut si secus desuper ferri Decreta, Sententias, & concedi Inhibitiones, aut quidquam aliud fieri contingerit, irritum sit, & inane, ac respectivè absque incursu attentatorum possit impunè sperni.

§. 2. Quò verò ad munera Universitatum Urbis, ac Communitatum Status Ecclesiastici, censuit pariter Congregatio, proponendum Sanctissimo, ut prævia generali suspensione omnium, & quorumcumque Privilegiatorum, etiam Militarium, donec congruè, & particulariter eadem Privilegia examinentur, præcipere, & mandare dignetur, quòd omnes, & quicumque Privilegiati, etiam speciali nota, vel expressione digni (non comprehensis tamen, ut supra, Officialibus, aliisque dependentibus à Sacra Congregatione SS. Inquisitionis) teneantur interim dicta generali suspensione durante indifferenter, & una simul cum aliis non Privilegiatis subire munera eorum Universitatis, & Communitatis respectivè, perinde ac si dicta Privilegia non emanassent: Et ad præmissa per quoscumque Judices Ordinarios, aut Superiores locales compelli possint, ac debeant, non obstantibus quibuscumque eorum Privilegiis, Litteris patentibus, & Inhibitionibus desuper in quocumque Tribunali expeditis, & aliis quibuscumque, die 28. Septembris 1692.

Facta Sanctissimo D. Nostro relatione præinserti Decreti, Sanctitas Sua illud approbavit, ac servari omnino mandavit in omnibus Curis, & Tribunalibus, tam Urbis, quam Status Ecclesiastici.

A. de Anfaldis SS. D. N. Auditor.

Nomina autem Prælatorum, aliorumque qui præcitata Congregationi Particulari à Sanctiss. deputata interfuerunt sunt hæc.

Reverendiss. P. D. Bottinius Archiepisc. Myren. Fisci, & Cam. Apost. Advoc. ac Promotor Fidei.

Reverendiss. P. D. Emerix S. Rotæ Decanus.

R. A. D. Heruault S. Rotæ Auditor.

R. P. D. Caccia S. Rotæ Auditor.

R. P. D. Molines S. Rotæ Auditor.

R. P. D. Thomatus A. C. Locumtenens.

R. P. D. Origus Signaturæ Justitiæ Auditor.

R. P. D. Sacripantes SS. D. N. Subsecretarius.

R. P. D. Nuptius R. C. A. Commiss. Generalis.

R. P. D. Anfaldus Auditor Sanctissimæ.

D. Fattinellus Primus Collateralis Curie Capitoli.

D. Raynaldus Locumtenens Criminalis Eminentissimi Domini Cardinalis Vicarii.

Pro D. Successore D. Nicolai Florelli olim A. C., & S. Palatii Apost. Not. Angelus Montanus pro Rev. Camera Administrator Deputatus.

Die, mense, & anno, quibus supra, supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad Valvas Curie, in Acie Campi Floræ, ac aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Joannem Baptistam de Comitibus Sanctiss. Domini Nostri Papa Cursorem.

Pro D. Magistro Cursorum Hippolytus Petretus Cursor.

Decretum super assertis Privilegiis Neophytorum, Alabardariorum Gubernii, & Auxiliatorum Castri Sancti Angeli.

LXXXI.

§. 1. Congregatio Particularis à Sanctissimo D. N. INNOCENTIO PAPA XII. specialiter (ut infra) deputata super revisione ass. Privilegiatorum concessorum Neophytis, Auxiliatoribus Castri S. Angeli, Alabardariis Gubernatoris Urbis, aliisque similibus, vulgò *Patentati*, censuit, & declaravit, si Sanctissimo D. N. placuerit (ultra sancita in Constitutionibus ejusdem Sanctissimi D. N. & in Decretis, approbante eodem Sanctissimo, jam factis, & publicatis,) quascumque immunitates, & privilegia eis in præteritum per Summos Pontifices, & alios quoscumque quomodolibet concessa suffragari non posse, neque debere quoad solutionem Taxarum Tribunalis Viarum, Gabellæ nuncupatæ dello *Scortico*, Bulli ponderis, & mensuræ, & aliarum Gabellarum, onerum, seu taxarum publicarum tam impostarum, quam imponendarum; Idque non obstante quacumque etiam longissimi, & immemorabilis temporis consuetudine, & non obstantibus quibuscumque ass. privilegiis quibuscumque clausulis, & derogatoriis, ac derogatoriis derogatoriis quomodolibet munitis & roboratis.

§. 2. Rursus censuit, & declaravit, præfatis personis nullam aliam exemptionem, immunitatem, vel privilegium competere posse, vel debere, præter sequentia, nempe omnes Neophytos prædictos eorum vitæ durante dumtaxat, Auxiliatores verò Castri S. Angeli usque ad numerum ducentorum, comprehensis etiam Jubilatis, & Alabardariis Gubernatoris Urbis usque ad numerum quadraginta, comprehensis etiam Jubilatis, ut supra, videlicet viginti jam numerarios, & viginti supranumerarios, non teneri, neque cogi posse ad subeundum onera, & munera eorum Universitatis, Consulatus, seu Artium, neque ad custodiam Portarum, aliasque functiones Civicas, & Militares Urbis, & salvis etiam quoad prædictos Alabardarios, & Auxiliatores solitis facultatibus circa delationem Armorum, & Lanternæ, dummodò tamen sint de infra scriptis quatuor Artibus, & non de aliis, nempe *Muratori, Falegnami, Ferrari, & Scarpellini*; Idque non obstantibus quibuscumque privilegiis, & consuetudinibus, ut supra.

§. 3. Et, ut fraudibus, sive transgressionibus quoad numerum prædictum obviatur, Congregatio censuit, & mandavit, quod infra Mensem ab hodie conficiatur Tabella, seu Elenchus præfatorum Alabardariorum, & Auxiliatorum, eademque Tabella, seu Elenchus gratis omnino registretur tam in Actis Secretariarum Camera Apostolicæ, quam in Computaria ejusdem Rev. Cameræ, & succedent vacatione, seu mutatione hujusmodi personarum per obitum, seu alias quomodolibet, incontinenti personæ de novo subrogatæ describantur in prædicta Tabella, quodque ulterius eadem Tabella singulis Annis renovetur, & re-

Neophyte
Auxiliato-
res Arcis
S. Angeli,
Alabarda-
rii Guber-
natoris nō
gaudent
Immunita-
te à Taxis,
& gabel-
lis.

Immunita-
tes quæ
præservan-
tur, & pro
quo nume-
ro privile-
giatorum.

De regi-
strandis
Privilegia-
torum no-
minibus.

gistr-